DE

HYSTERIA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

AUCTORE

ACHILLE NÖRR,

MEDICINAE, CHIRURGIAE ET ARTIS OBSTETRICIAE
DOCTORE.

BAMBERGAE, 1837.

TYPIS JOANNIS MICH. REINDL.

PATRI OPTIMO, PLURIMUM

VENERANDO

J. S. M. NÖRR,

DECANO ET PASTORI RÖCKINGENSI

HASCE LITTERARUM PRIMITIAS

DEDICAT

AUCTOR.

Nomenclatura et definitio.

Hysteria (passio hysterica, malum hys-ricum, adscensus uteri, apud Francogallos apeurs, apud nos Mutterbeschwerden) neurosis t foeminarum maxime e systemate sexuali iginem trahens, cui cum hypochondriasi vi-rum similitudo tam praeclara, ut plerique riptores utrumque morbum pro uno eodem-e habere non dubitaverint.

Nomen ducit morbus a graeco ὑστέρα, non o sit morbus uteri peculiaris, sed ut signi-etur, quomodo in hoc malo systema sexuale t affectum. Hysteria est enim non magis pro ius uteri morbus, quam malum hypochondri-um, quod idem malum nostri haud raro Milzsucht" vocant, proprium splenis morbum lt indicare.

Hysteria, quae morborum Proteus recte cari possit, propter eximiam symptomatum rietatem haud facile est describenda. Quod te diffusum et admodum frequens malum cre-rrime in mulierum morbis plus minusve est vium.*) Contemplanti varia symptomata e.g.

*) Thomas Sydenham in diss. epist. de variola et pass. hyst. ad G. Cole: Hic morbus chronicorum omnium frequentissime occurit. Foeminarum paucissimae ab omni horum affectuum specie prorsus liberae sunt, si illas excipias, quae laboribus adsuetae, dure vitam tolerant.

vehementem vomitum, cephalalgiam, quae vi ferri potest, spasmos cum tonicos tum clonicos foemina hysteria affecta videbitur aegerrima saepe vix morti eripienda. Nunc apparet ill sub forma vehementissimae encephalitidis, nun erumpit sub specie pneumoniae, nunc pericul sissimae, paucis horis mortem minitantis card tidis faciem induit. Quas affectiones cum dil gentius eris perscrutatus, eadem celeritate, qu exortae sunt, evanescere videbis. Nisi igitu medicus sagaci quadam solertia et cura utitu incidet in errorem, atque ista symptomata morbo aliquo essentiali hujus vel illius parti non vero ab affectione hysterica pendere a bitrabitur.

Scriptorum de affectione hysterica senten tiae diversissimae sunt. Plerumque cum gene ris masculini malo hypochondriaco comparat et una eademque cum illo morbo habita es Hanc sententiam inter medicos vetustiores ma xime probaverunt SYDENHAM, TISSOT, SELLE, in ter recentiores SPRENGEL, RAIMANN,*) JOERG,** qui censet praestare, morbi nomen aboler praesertim cum non sit prositus in systemat sexuali, et adpellari hypochondriasin foemina rum, cujus natura sive character a natura mas culorum sexus tantummodo proprietate et vari tate differat. Etiam HUFELAND,***) medicoru

---

*) Raimann Path. et Therap. spec. Tom. II. §. 1482.

**) Joerg de morbis foem. human. pag. 586.

***) Hufeland Encheiridion medicum pag. 262.

leberimus, utriusque morbi non essentiale sed
xuale tantum discrimen statuit. Contrariam
ntentiam defendunt RICHTER et magis etiam
ASE,*) qui et in morborum symptomatibus,
in ratione curandi haud levia discrimina
riusque morbi adesse contendit.

Medici hysteriam ab hypochondriasi discre-
re censentes, statuunt in illa systema sexuale
n solum insigniter et multo magis quam in
c esse affectum, sed etiam ea momenta fieri
nspicua, quae minus peculiaria et gravia in
c animadvertantur. Ea symptomata appa-
re e natura morbi spastica, quae variante fri-
re et pallore cutis, urina limpida, intermis-
onibus et paroxysmis se invicem excipientibus
t insignis. Contractiones spasticas omnino in
ssione hypochondrica raro obvenire, et si cer-
s temporibus pejor mali conditio per aliquot
ptimanas et amplius durans observetur, tamen
os paroxysmos, si ita dicere liceat, minus in-
le spastica et convulsionibus, quam depressa
tristi animi affectione, iracundia, taciturni-
te, acerbitate, pertinacia sententiae tuendae,
oclivitate ad vertiginem, nimia acidi liquoris
ncoctione ventriculi, notari.

Accurate examinanti utrumque morbum per-
asio inculcatur, natura unum ab altero haud
ultum discrepare, sed in sexu summum dis-
imen esse positum. In utroque enim abnor-
is et auctior sensibilitas et nervorum aliena-

*) Haase de cognoscendis et curandis morbis chronicis. Tom. II.

tio subest. Qui virum et foeminam, tanquam polos contrarios, diligenter erit contemplatus is intelliget, cum in viro reproductionis systema et sexus minus quam in foemina praeponderent, vires nocituras non eosdem effectus in in utrisque producturas. Primas in foeminis partes systema sexuale sustinet; plerosque enim foeminarum morbos a sexu originem ducere constat. Minorem illud exercet vim in vitam viri in quo superiorum nervorum systema atque ingenium praedominent, in foemina systema nervorum vegetativorum et sensus praeponderent Quod si firmiter tenebitur, facile dilucescet quare in utroque morbo symptomata non semper sint eadem. Quae apud foeminas illa mala spastica, globum hystericum etc. excitant, apud virum fortasse vertiginem, iracundiam, animum ad tristitiam et desperationem compositum etc. producunt.

Sexus virilis in genere minus ad spasmos inclinat, quam foemineus, tamen negari nequit et exemplis est evictum, etiam apud viros, praesertim cum eorum systema sexuale jam ab initio a natura neglectum, aut postea rebus venereis sit fractum, similes afectiones, ut apud foeminas hystericas, quasi spasmos hystericos, deprehendi. Nec minus persuasum habeo, hystericarnm mulierum conditionem, apud quas tristitia, desparata animi affectio, exaltatio sensorii, odium hominum, ingenium taciturnum hominumque congressum fugiens, digestionis vitia, pyrosis praevalent, nomine mali hypochondriaci jure posse designari.

Varie hysteria dividitur. Ea est aut cum materia, originem ducens ab organorum abdominalium degeneratioue, mutatione, inflammationibus chronicis, et sine materia sive nervosa, iis malis absentibus; aut dividitur in typicam, si paroxysmi periodice redeunt, quod ingruente menstruationis fluxu saepe accidit, et in atypicam, si paroxysmi temporibus incertis accedunt. Recentiorum medicorum quidam *) complures addit partitiones secundum partes maxime affectas. Cujus divisio haec est;

Hysteria uterina
— — vesicalis
— — intestinalis
— — gastrica
— — pulmonalis
— — laryngea
— — cardiaca
— — spinalis
— — cephalica
— — muscularis

Symptomatologia.

Organa sensus in hisce aegrotis nunc effuse exacuta, nunc proprie sunt mutata. Versantur illis ob oculos scintillulae, maculae, nebulae horridaque phantasmata; res visui obvenientes modo obscurae modo duplices cernuntur. **) Illis

*) Schönlein.

**) Huc pertinent Hyppns, Pupillae, Nictitatio, Nystagmus, Amaurosis hysterica, Diplopia, Hemiopia, Hemeralopia, Nyctalopia, Mydriasis, Myosis.

strepitus quamvis exiguus cum tantummodo charta scinditur, vel alta vox editur, terrorem offundit. Odor et gustus mutati. Sic panis usus molestias potest afferre, florum suavissime olentium et complurium medicamentorum odor non raro excitat vertiginem, contra res naribus ingratae et potius foetidae, ut castoreum, valeriana, asa foetida, olea empyreumatica, exoptantur. Quin etiam rerum, quae vulgo gulae non inserviunt, ut in foeminis gravidis accidit, desiderium nascitur: malacia, pica.

Duo ad caput et abdomen pertinentia momenta contemplatu sunt digna: clavus hystericus et globus hystericus. In clavo dolores percipiuntur vehementer pungentes et lancinantes cum acri frigore occipitis vel ossium bregmatis in unum loculum defixi, non aliter ac si clavus in ipsum caput infigatur. Haec morbi species SYDENHAMO auctore illas foeminas prae aliis fatigat, quae chlorosi simul sunt affectae. In globo hysterico aegrae sentiunt sphaeram ex abdomine in collum ascendentem; inde constrictio arteriae asperae et respirationis difficultas animique angor vehementissimus nascuntur. Sunt etiam, quae uterum ligamentis in altitudinem tolli credant, unde saepius aegrae e plebe uterum ascendere queruntur. Quare est nomen morbo: adscensus uteri.

Somnus vel valde est inquietus, vel somnambulismus, vel insomnia adest. Ex somno, qui corpore valentibus ad tempus omnium laborum sollicitudinumque perfugium praebet, plurimae curae metusque illis miseris et aegris

ulieribus nascuntur; cum saepe funera, mor-
uorum amicorum umbras aliaque spectacula
ristia ostendat.

In statu vigilanti animi auctior observatur
gilitas; animi affectus diversissimi celeriter va-
iant; res minimi momenti vehementissimam
ram et tristitiam excitant. A summa hilari-
ate subito nulla causa movente ad summam
ristitiam animiqne demissionem transeunt, cum
e miserrimas creaturas et morti nullis reme-
liis eripiendas affirment; libenter passionem
uam depingunt, et commentitiis malis pericu-
um suum adaugent: nam etiam in morbo foe-
mina vult excitare admirationem et attentionem,
ta ut hic illud Stollii valeat: „Mulieri ne mor-
uae quidem credendum.“ Hoc symptomate
scriptores illi, qui malum hystericum et hypo-
chondriacum unum idemque esse affirmant, sen-
tentiam suam probari existimant. At illud quo-
que est respiciendum, hunc statum in hysteria
rarius occurrere et apud hypochondriacos multo
vehementius apparere, cum anxie et frustra de
suo morbo meditantes haud raro in ipsam me-
lancholiam incidant.

Suffocationes uterinae. Maxime in-
signis est hic morbus spasmis in omnibus fere
corporis partibus occurrentibus, exempli gratia
tetano, trismo, singultu, convulsionibus epilep-
siae, katalepseos et choreae Sti. Viti similibus,
asthmate convulsivo, cardialgia, spasmo uteri.
Urina, quae inter paroxysmum vel paulo post
illum mittitur, est clara et sine colore, velut
aqua limpida, itaque gerit nomen urinae spas-

ticae. Interdum urinae fit retentio, quae catheterismum exposcit et sine dubio a contractione spastica colli vesicae originem ducit. In colica hysterica notandum, umbilicum ut in colica saturnina cum doloribus intus trahi. Spasmi illi saepe sunt vehementissimi summum periculum minitantes, et variis causis facile denuo revocantur.

Pulsus mutabilis, nunc frequens et pervus, nunc tardus, nunc intermittens, nunc citatus et inflammatorius. Proferuntur congestiones ad singulas partes, inde cordis palpitatio, angor, vertigo, syncope. Cordis palpitatio, ut apud mulieres e chlorosi laborantes, saepe est vehementissima et horrorem excitans, et cavendum, ne a vitio organico, vel carditide originem ducere existimetur. Quae palpitatio et animi motibus, et corpore celerius agitato, et laboribus inconsuetis, et post coenam, interdum etiam sine ulla causa manifesta oritur.

Respirationis systema etiam est affectum. Nonnunquam suffocationis adsunt symptomata, quasi collum coarctetur, tussis convulsiva, globus hystericus, quem jam supra memoravi. Queruntur aegrae de summa dyspnoea, de dolore vehementissimo adspirationem impediente, de salute desperant. Sed symptomata illa maxima verborum copia sine ulla molestia depingunt. Absentibus pneumoniae signis pathognomonicis, ut febre, sputis cruentis, voce impedita, diagnosis fit certa.

Appetitus alias plane deest, alias praeter naturam adauctus; gustus est depravatus: modo

astaceus, modo acidulus; crebri ructus ante oenam et post illam adsunt; mala ciborum diestio, ut cibi saepe immutati excludantur, quod uidem maximi est momenti in sanguificatione haud raro chlorosin, crebram hysteriae coitem affert, flatulentia. *) Tarda alvi dejeco cumque excrementis modo liquidioribus, modo urioribus. Exstant quoque exempla, hysteris mulieres ingentem pituitae atque exeremenrum copiam per anum exclusisse. **) Secreones fere omnes mutatae. Transpiratio maime suppressa, cutis non madens. Salivae et ucci gastrici secretio adaucta et pro qualitate utata. Succus gastricus inter cardialgiam et lobum hystericum ad oris cavum ascendens on raro valde est acidus et acerbus.

Diversae sunt scriptorum sententiae de parbus, quas systema sexuale in hoc morbo agat. ui scriptores systema sexuale praecipue afectum esse perhibent, contendunt, menstruaonem vel non adesse, vel profusam, vel omino abnormem, creberrime leucorrhoeam, non aro nymphomaniam accedere, pubertatis stadio orbum explicari. In cadaveribus foeminarum assione hysterica affectarum uterum et ovaria

*) Vix credi potest, quanta aëris in ventre geniti copia saepius ab hystericis et hypochondriacis viis notis ejiciatur. In physiologia Rudolphi II. 2, pag. 201 legimus, mulierem aetate provectam et admodum flatulentia vexatam, cum corporis partem, quaecunque esset, digito premeret. flatus et ructus uno tenore reddidisse.

**) Casim. Cph. Schmiedel descriptio itineris per Helvetiam, Galliam et Germaniae partem. Erlangae. 1794. 4. pag. 61.

plus minusve mutata et degenerata inveniri. Ali
systema sexuale ad hanc passionem haud mul
tum valere existimant. Quod si utraque sen
tentia confertur, haud scio, an priorem praes
tare credam. Aucta est genitalium sensibilitas
inde haud raro valde auctus impetus ad vene
rem, masturbatio, quae species vulgo appella
tur hysteria libidinosa, quae quemadmodum i
viris ex malo hypochondriaco prodit melancho
lia, ita medicamento nullo adhibito in nympho-
maniam potest transire. Accedit oppressio i
regione pubis, proprium illud feeminarum hys
tericarum, cum arbitrentur, uterum in cavun
abdominis adscendere, vel ligamentis tolli i
altitudinem. Fluor albus propemodum continuus
morbi comes. Accedit sterilitas, quae in hisce
aegris plerumque obvenit, et fortasse illud quo-
que ad sententiam meam possit adferri proban-
dam, ex hysterica passione laborantes, matri-
monio cum viro, cujus amore talis mulier de-
periit, inito, in bonam valetudinem esse redac-
tas, non deesse exempla. Neque multas foe-
minas hystericas inveneris supra annos climac-
tericos. Quamquam enim negari nequit, illo
ipso tempore mulieres malo hysterico affici posse,
tamen bene est tenendum, tum temporis haud
diu perdurare, et ipsa permutatione, cui sys-
tema sexuale est obnoxium, effici.

Morbi decursus.

Morbi decursus plerumque diuturnissimus.
Paroxysmi partim pro sua forma, partim pro
sua vehementia diversissimi possunt esse. Sae-

e mania, epilepsia, tetano laborantem cernere redideris, et acutissima exploratione et sumo studio utaris necesse est in hoc malo, ne cidas in errorem. Paroxysmus hystericus inpit ab oscitando, membrorum extensione, doribus errantibus, frigore in occipite, oppresone in regione stomachi, cardialgia, respiatione impedita et animi angore vix ferendo, uo facto rarissime aegrae de mentis potestate xeunt, plerumque autem loquendi tantummodo eest facultas. Accedunt varii spasmi cum ria haud voluntario, fletu et vociferatione. Post aec aegrae paucis momentis interpositis ad imidium horae spatium borborygmos in abdoine sentientes se reficiunt. Saepe impetus le in hunc exit finem, ut clarus liquor evomaır vel aliquid pituitae in vagina secernatur. aroxysmus viribus externis facillime potest evocari. In nosocomio Erlangensi hysterica assione affectam vidi puellam, quae semper uic impetui erat obnoxia, quum aegroti viseantur, vel juvenis viribus praestans et aegrae cceptus pulsum tentabat. Attamen paroxysus non in omnibus est idem; desunt in aliis uaedam modo memoratorum symptomatum, in liis alia observantur. In hysteria exquisita antum tot et tam vehementia signa adsunt, cum raeterea morbo minus explicato dolores asthatici, hemicrania, clavus hystericus, cardialia, vomitus, solummodo adsint. Morbus per otam vitam potest perdurare, observatur taen ejus vehementia menstruorum cessatione inuta et sponte aufugiens. Summi in hac pas-

sione momenti sunt matrimonium et puerperium. Utraque re hysteria nonnunquam sanatur, et permanens systematis nervorum immutatio efficitur.

Exitus.

A. in sanitatem. Hic exitus non ita rarus est, quam pro morbi ratione existimes. Interdum sine medicorum auxilio sanatio fit matrimonio felici et puerperio, atque annis climactericis, quos vocant. Sanitatis restitutio non est exspectanda nisi longo tempore interjecto. Quale initium sensim sensimque progreditur, talis lento gradu ingredi solet finis. Nam facile est intellectu, morbum per annos durantem aliqnot dierum spatio sanari non posse.

B. in mortem. Per se raro mortifera est passio hysterica, cum spasmi vehementissimi saepe apoplexiam repentinam minitantes per complurium annornm spatium a mulieribus valde mollibus et teneribus periodice redeuntes sustinentur, ut aegrarum vitae, donec ipsi spasmi hysteriae sint symptomata, periculum non ferant. Exoritur autem mors partium ad vitam conservandam necessarium paralysi, ut pulmonis, medullae spinalis, vel morbis acutis ex illa neurosi originem ducentibus: gastritide, enteritide.

C. in alios morbos. Cum morbo per longum tempus durante corporis nutitritio necessarie sit manca, varia morborum genera inde oriri posse facile est intellectu. Nascuntur destructiones et intumescentiae organorum abdominalium, hydrops, chlorosis, phthisis, aut mor-

psychici: anoia, melancholia, cum sensim
simque systema nervorum magis etiam affi-
ur. Loco nymphomaniae in foeminis gene-
animi honesteque ac pudice educatis invi-
llium amor „Erotomania“ formatur.

Sectio cadaverum.

Foeminarum, quae ex hysteria laborave-
t, sectiones morbi naturam adhuc non satis
straverunt, praesertim cum hic morbus non
ris causis dynamicis, quam organicis pro-
ari videatur. Attamen etiam hic veluti in
o hypochondriaco nonnunquam abnormia in-
iuntur organa abdominalia, praesertim geni-
a, atque in his ovaria indurata, intumida,
eter existimationem magna, massam adipi
ilem vel terream continentia, hydatides, hu-
ris copia in tubis Fallopianis, induratio, imo
rrhus uteri et praecipue oris uterini.
rdum deprehenditur vagina eximie di-
ta et diversa aliena corpuscula continens,
e probabiliter masturbatione sunt illata, cli-
s admodum magna, dura, excoriata atque
lcerata. *) Plerumque tamen mutatio orga-
a observatur nulla. Degenerationes illas
minus e morbo originem ducere, quam il-
excitare crediderim.

Aetiologia.

De hysteriae natura medicorum sententiae
ant. Hippocrates illam ab uteri suffocatione

*) W. Rowley de foem. morb. aus dem Englischen v. Mi-
chahelles pag. 90 ff.

et mensium retentione atque ab uteri migrat one in partes superiores oriri arbitratur. Al scriptores vetustiores magnam adhibebant op ram, ut morbi naturam in semininis foemini depravatione ponerent a nimia continentia coëundi appetitu non explcto procreata. *) Etia Friedericus Hoffmann saeculi elapsi medicus i clitus, multum de uteri contractione spastica praecipue vasorum seminalium disserit. **) Cu len ***) morbi indolem e corporis mobilitate n turae repugnante et cum plethora conjuncta d ducit. Carus †) proximam morbi causam p nit in systematis nervorum alienatione, ma proportione inter vires producentes general et sexuales (allgemeine und geschlechtliche Pr duktivität) orta. Sua experientia edoctus spa morum atque affectionum nervorum partem m ximam credit originem ducere ab irritatio singularum partium nervorum abdominaliu inflammationibus chronicis et destructionib membranarum vicinarum, vasorum, glandularu

---

*) Galeni commentar. in Hippocratem Lib. VI. cap. V. cidens quoddam apparuit in muliere ex longo jam temp vidua, quae praeter cetera mala nervorum distentione xabatur, obstetrice dicente, uterum esse retractum. H remediis ad hujusmodi affectum consuetis utebatur et in curandum manibus tractabatur circa partes muliebres. orta titillatione cum voluptate, veluti per coitum usu ven solet, excrevit crassam pituitam plurimumque semen, atq ita a molestia sua mulier est liberata.

**) Friedericus Hoffmann de morb. hyst. vera ind origine et cura.

***) Cullen Elementa medicinae Tom. III. 593.

†) Carus Gynaekologia T. 1. §. 301.

ecta. Haase *) hysteriae causam proximam aucta irritabilitate atque alienatione systetis nervorum, inprimis gangliorum, locatam e censet, quae ad reproductionis systema, cum in foeminis sexus praedominet, praeue ad systema sexuale pertineat. Ego meorum illorum sententiam sum secutus, qui steriae causam proximam positam esse condunt in systematis nervorum alienatione auc- praecipue systematis nervorum vegetativon sive gangliorum irritabilitate et simul afcto systemate sexuali, cum in foeminis sysna gangliorum et sexus praedominent.

Multiplices et variae sunt hujus morbi usae.

A. Momenta interna.

Parentes valetudinarii atque exhausti, arritico malo, syphilide, haemorrhoidibus, pas hypochondriasi, matres et ipsa jam hysria laborantes procreant saepenumero filias, as adultas hic morbus facile attingit. Non rò in natis hujus morbi dispositio prorsus letur deleta et nepotibus demum refertur. Nec idem necessarium est, jam parentes malis pra memoratis, hypochondriasi et hysteriae noxios fuisse, fieri potest, ut hujus morbi men in corporibus eorum praeformetur et generatione in prolem transferatur.

Ad permultas alias causas, quae ingeruut arentibus conditionem, ut puellas procreent, quibus pubere aetate vel paullo post hyste-

---

*) Haese de cognoscendis et curandis morbis chronicis Tom. II.

ria explicetur, etiam refero consuetudinem i
temperanter fumi nicotianae sugendi et pot
coffeae hauriendi. Nec enim quisquam, cui co
petit judicium, negabit ad systemata reprodu
tionis et nervorum tabacum narcoticum et co
feam nimium sumta, vim habere nocivam, qu
rum abusu corpus perinde debilitetur atq
animus hebetetur. Quam sententiam omni
non esse vanam multis probatur exempli
Nam si a filiabus, quae ex hysteria labora
ad. earum parentes respexeris, hos illis sup
allatis malis consuetudinibus impense indulsis
saepenumero reperies. Multum confert ad h
jus morbi primam originem atque incitatione
habitus corporis, quem dicunt nervosum, stru
tura corporis gracilis, magna animi sensibilit
atque irritabilitas, accelerata ingenii evoluti
Tales puellae plerumque ingenii acie animiq
cultu aecquales suas longe praestant. Praec
pue in illam affectionem inclinant anni ad co
cipiendum idonei, id est tempus inter annu
sextum decimum et quadragesimum quintu
Foeminae alacrioris coëundi ardoris, quem t
men nequeunt explere, temperamenti sanguine
in matrimonis sine prole viventes, crebro a
fectioni illi sunt obnoxiae. Ceterum passi
hysterica causis occesionalibus longius temp
ris spatium praesentibus in quaque foemina
quamvis optima gaudeat valetudine, potest orir
Non enim rara adsunt exempla, puellas vir
bus feroces illo morbo vehementissime divexa

B. Momenta externa Pertinent hu
mollior ratio vivendi, mens impleta lascivi

aginationibus et cogitatis, lectio librorum rniciosorum, fabularum Milefiarum impetum amplexum praemature excitantium, libellon SIEGWARTI et WERTHERI et similium, quon permulti typis sunt impressi et in bibliocis publicis puellis ad legendum obvii; vitae io sendentaria cum compressione abdominis, od praecipue femellis acu victum sibi paranus accidit. Neque enim ullas alias foeminas affectione hysterica magis laborare constat. ae practerea sunt causac, tristitia, infelix or, mors aut perfidia amatoris, neglectio mariti, do accensa: nec tamen sedata, quod puellis guinis et virium plenis et viduis aetate non ltum provectis acidit.*) Nec minus nocent ii amplexus. Decet enim experientia, in lieribus viris valde praestantibus et potenus nuptis illud malum crebro explicari et trimonio dissoluto ultro evanescere. Pertiit ad causas occasionales menstruatio anola, chorosis, ex que crebrius hysteria ducit ginem, quae tamen, ut supra est memora-, illam quoque potest sequi, consumtio sannis in puerperis post partus praepropere atos eum largo sanguinis profluvio, humoabunde amissi ex. grat. ubi mammae justo gius praebentur parvulis, diarrhoeae chroae, morbi valde dolentes et diuturni, vires sumentes animumque perturbantes et mo-

) Paulus Aeginetes. (γ. οὰ) *Πλεονάζει δὲ τὸ πάθος νέαις, εὐκαταφόραις πρός λαγνείαν, ἀκότοις.*

ventes, ut prosopalgia etc. Porro ad illam pas
sionem procreandam permultum afferunt tepid
potulenta primum excitantia, deinde, relaxar
tia, nominatim coffea et thea viridis. De ha
rum materiarum damno satis superque dispu
tatum est et scriptum, ut necessarium non si
hanc rem pluribus verbis tractare.*) Nec m
nus perniciosa fit coffea, cum admiscetur c
choreum multum in abdomen valens, vel cun
quod saepius accidit, illud pro coffea in usu
quotidianum adhibetur. Cujus rei idoneum mil
exemplum obferebatur, cum Erlangae versare
quo plebis victus fere unicus praeter solan
tuberosa est decoctum cichorei vel betarum a
bisimarum cum coffea. Nam puellarum et fo
minarum in policlinico tractarum sine dubi
partem tertiam hysterica passione affectam r
peri, quod eo magis est mirum, cum aliter i
hoc hominum genere illud malum perraro ol
venire soleat. Sunt denique causae occasio
nales exanthemata chronica suppressa, aliiqu
morbi chronici: scabies, arthritis, haemo
rhoides etc.

In genere est monendum, hunc morbu
mollitie magis magisque aucta et declinatio
a vita naturae convenienti divulgari, et inprim
in urbibus permultas virgines et mulieres pa
sione hysterica vexari.

Diagnosis.

Diligenti observatione opus est, ne hic mo

*) Tissot de nervis. Tom II.

s pro alio habeatur. At quamquam in pa-
xysmo similis esse potest epilepsiae et cho-
ae Sti. Viti pneumoniaeque, illum tamen accu-
tius inquirendo diagnosces. Saepissime cog-
scitur passio hysterica ex oculis lacrymabun-
s, summum desiderium animique aestum pro-
ntibus. Qua ex causa medico, cui foeminae
steria affectae saepius occurerre, diagnosis
m admodum erit difficilis. Passio hysterica
axime differt ab epilepsia, quod in hoc morbo
nscientia semper aegrotantem in paroxysmis
ficit, cum in illo maneat. In epilepsia plane
sunt dolores et aegri in intermissionibus bene
habent.*) Differt hysteria a chorea Sti. Viti,
od haec oritur in pueritia inter decimum an-
m et decimum quartum.**) Postea chorea
erumque in hysteriam transit, quare etiam
eritiae hysteria vocari possit. Neque occur-
re solent impetus nisi interdiu.***)

Syncope hysterica ab alia syncope in eo
screpat, quod in illa facies est colorata, tu-
ida, pulsus languidus, filiformis. Exempla
ocent, illam duo vel tres dies posse perdu-
re. In syncope alia pulsus penitus cessat,
acies est contracta et moribundo similis. Dif-

---

*) Celsus de medicina Liber IV., casp. XX.: Vulvae morbis interdum sic exanimat, ut tanquam comitiali morbo prosternat; distat tamen hic casus eo, quod neque oculi claudantur, nec spumae profluant, nec nervi distendantur: sopor tantum est.

**) Ludwig Choulant. Specielle Pathologie und Therapie pag. 722.

***) Raimann Specielle Path. und Therapie §. 1476.

fert impetus hystericus a metritide atque oopho ritide symptomatum certo tempore recursu, ab sentia signorum objectivorum in vaginae atqu intestini recti regionisque pubis disquisitione a cystitide doloribus in regione vesicali inte impressionem absentibus, urina spastica, ab sente febre; a tetano vero sive traumatico habitu aegrarum, communibus hysteriae signis eo, quod symptomata subito sunt exorta alia que praegressa hysteriae indicia; a pneumonia et carditide deficientibus pneumoniae signis pathognominicis: febre, sputis cruentis, voce impedita etc. Cordis palpitatio et pectoris oppressio interdum tam vehementes sunt, ut facile aliquis possit incidere in errorem, carditidem adesse. Differt ab illa paroxysmus hystericus, quod subito corripit et sponte abscedit. A gastritide atque enteritide discrepat, quod manus impressio vehementior et gravior dolores non adauget.

Prognosis.

Haec neque fausta, neque infausta potest appellari. Morbus per se mortem vix unquam affert, et spasmi vehementissimi summum periculum saepe minitantes per complures annos a mulieribus infirmissimis atque imbecillimis sine vitae periculo sustinentur. Neque desunt exempla hysteriae cum felicissimo eventu sanatae. At in fausta potest dici primum, quod vires nociturae a medico raro possunt amoveri, cum partim obstet res familiaris exigua, partim sollicitudo nullis solatiis mitiganda. Deinde in-

usta est dicenda, quod pro magna aegrarum ritabilitate et praeceptis medici neglectis norum causarum nocentium vis aegre evitatur, ide recidiva exsistunt. Tum infausta dici post quod malo diutius perdurante morbi perilois solent nasci: indurationes organorum abdominalium, hydrops, phthisis nervosa, epilepa, aut morbi psychici. Constitutionis aegram, ut in morbis omnibus praecipue ratio est abenda. Quo teneriores infirmioresque sunt ae, quo magis malum nititur in dispositione ereditaria, vel est positum in totius corporis volutione incompleta, eo minor sanitatis recuerandae spes adest. Felicior erit prognosis, digestionis atque assimilationis organa quams morbo diu durante, damnum haud magnum cerunt. Morborum secundariorum accessio ajorem reddit prognosin dum contra morbis ante ppressis, ut arthritide,*) haemorrhoidibus, anthematibus chronicis redeuntibus, faustius culis obveniat omen.

Auctore Raimann ex hysteria atque hypoondriasi laborantes febribus epidemicis atque canthematibus plerumque non tentantur.**)

Therapia.

Ad therapiam quod attinet generalem, duum non est, quin medici figura, morum ho-

*) Hoc praecipue dici potest de illa arthritide quae dum articulos non incessit, in ventriculum ceteraque digestionis organa irruit, varia hypochondriasi hysteriaeque propria symptomata ciens.

**) Raimann Spec. Path. u. Therapie Tom. II. §. 1488.

nestate et modestia insignes et aegrae fiden moventes, multum valeant ad sanationem. Ne cessarium est hic, summam aegrae fiduciam ii medico esse positam, cum non solum medica menta, quae pharmacopoea praebet, sint usur panda sed etiam ratio sanandi psychica in usun sit adhibenda. Medicum suum quemque inge nium oportet docere, quae via sit in hunc fi nem ingredienda, et quomodo tempore atqu occasione sapienter utendum, ut consilio pe tita aegrarum animi affectio commode excite tur. Sic refert TISSOT, puellas e spasmis hys tericis laborantes vehementioribus animi moti bus excitatis, ut terrore magno, sanitatem re cuperasse. *) Hysterica passione affectas mi noribus natu medicis magis confidere, quan natu majoribus, non est ommitendum.

Indicatio causalis. Summum huic com petit momentum. Non est dubitandum, qui hic morbus nonnunquam vel tum prohiberi pos sit, cum manifesta et hereditaria sit dispositic In eum finem haec ad educationem pertinenti sunt commendanda: corporis juvenilis confirma tio laboribus idoneis, ludis, commotione, aëri usu puri. Quam ad rem multum valent com motio in regione ruris amoena, negotia agres tia, opera hortentia, ludi rusticani etc. Quo rum si haberetur ratio, foeminae loco nobilior natae non ita de lipothymia, cardialgia, hem crania, vapeurs, quererentur. Cavendum es ne systematis sexualis evolutio ante tempus no

*) Tissot, de nervis Tom. II. pag. 307.

ile excitetur, neve phantasia impleatur imainibus impudicis. Inprimis puellae tenerae sunt pediendae, quominus libellos istos, qui Roane vocantur, legant, quibus phantasiam corampi et cupidines praemature excitari nemini t ignotum. Vitanda, si fieri potest, vita sentaria, quae in puellis acu victum sibi comrantibus illum morbum saepissime profert; tae si vitari nequit, operam dandum est, ne ter sedendum abdomen nimis comprimatur. ordes gastricae atque obstructiones laxantiis andis, non irritantibus, et clysmatibus suboveantur. Fluor albus, diarrhoeae chronicae, enstruationis vitia secundnm regulas medicas actentur. Ad diaetam quod attinet, valde spiciatur necesse est. Jam supra in aetiolo-a de potionum tepidarum, nobis consuetarum, ernicioso effectu agendi occasionem cepi. Quae plane evitari non possunt, at perraro et parva uantitate adhibendae, saepius cum lacte et nocolata non condita commutandae. Si morbi ausa est sollicitudo, mors vel perfidia amatos, ut mens ad alias res transducatur, operam andum; tristitia amicc condolendo et adhorando mitiganda. Consilium dandum aegrae, t curas pellat profectionibus, ad thermas acessu, in quibus variis et multiplicibus oblecationibus facilius animus reficiatur. Coëundi ppetitus modum excedens admonitionibus idoeis atque honestis in fines reducatur, vel justa ausa non obstante consilium detur, matrimoium ineundi. *)

*) Hippocrates in libro tertio de virginum morbis: Cura-

Indicatio morbi. Hic medici est officium, ut auctam systematis nervorum irritabilitatem atque alienationem tollat. Rcmediis tam internis, quam externis indicationi huic est satisfaciendum. Ex remediis nervinis conducunt melissa, mentha piperita, radix Valerianae, cortex cinnamomi, asa foetida, tinctura Valerianae simplex ct aetherea, Oleum animale cum naphtis, liquor C. C. succinatus. Opium, quo obstructiones gignantur, in passione hysterica minus salutare esse, quam extractnm hyoscyami, contendit HUFELAND. *) Summa efficacia, sed ob pretium nimis carum, rarius adhibita, est tinctura Castorei Moscowitici cum remediis ante dictis conjuncta: infuso Melissae, Opio, spirit. C. C. succinato. Praedicatur quoque ut efficacissimum hysteriae remedium extractum Pulsatillac recens paratum (gr. 1/16 per diem ad gr. 1/8 — 1/4 pro dosi). Nonnulla ex his medicamentis interdum ab aegris ob idiosyncrasiam capi nequeunt, qua ex causa alia pro illis experienda. Maximam exercent vim in curam radicalem remedia tonica, quae cum antispasmodicis conjunguntur. Initium fit a mitissimis, et gradatim ad Chinam et ferri praeparata pergitur, quorum praecipue flores salis amomoniaci martiales, extr. ferri poma-

---

tio virginum hystericarnm est sanguinis detractio, si nihil fuerit, quod impediat; ego vero jubeo, virgines, cum hujusmodi patiuntur, quam citissime viris cohabitare, si enim conceperint, sanae fient; simul cum pubertate aut paulo post corripiuntur, si non viro nupserint.

*) Hufeland Encheiridion medicum pag. 266.

m, extractum ferri aceticum, tinctura tonica rvina, tinctura ferri muriatici etc. usurpanda nt. SYDENHAM ferri limaturam ceteris ferri aeparatis preeponit. Fontes minerales ferti et bibentibus et se lavantibus magno sunt ui, in his Pyrmont, Bocklet, Brückenau, aa, Driburg. Praesentibus obstructionibus vendum est, ne utaris purgantiis; potius lantia mitiora praebenda: Manna, Tamarindi, ea. Ex salibus Cremor tartari, Sal Seignett., ra foliata tartari, clysmata. Ad vitandam ium materiarum regenerationem, ad melios reddendas intestinorum secretiones usui nt Extr. Taraxaci, Graminis, Centaur. mir., Cascarillae. In perversa systematis saninei proportione sanguinis detractiones indintur. Nonnunquam sanguificatio admodum aucta apud personas compacti corporis (hysria plethorica.) Cui diminuendae inserviunt eta antiphlogistica, potus acidulus, citri orumque vegetabilium succus. Saepe ad morm curandum sanguinis missiones prius sunt tituendae, quam remedia nervina adhibeas. dicamenta externa sanationis adjuvandae sunt nea, calidae fomentationes ex herbis aromatipartibus praecipue affectis impositae, in dorn corporis, in pectus, in ventrem, clysmata anpasmodica e valeriana, asa foetida, extr. hyosmi. Sunt medici, qui zoomagnetismum adendum censeant. Mihi tironi occasio nonn est oblata, hujus remedii applicationem tali casu observandi; attamen quamquam iptores diversi contra zoomagnetismum li-

bellos et quasi anathemata miserunt, invicta a
sunt ejus virium exempla, et in hac affectio
non cum damno in usum adhibendum existim
Tamen postulo, ut manunm contrectatio a vi
firmo artisque satis perito exerceatur, cum pe
verso tractandi modo imbecille nervorum sy
tema penitus profligatur.

Indicatio symptomatum. Hujus pr
vincia vertitur in quibusdam symptomatibus i
ter paroxysmum aegrarum vitae periculum m
nitantibus. Cavendum praecipue, ne, cum i
indulgeas, morbi ipsius therapia negligatur.

Spasmi tonici et clonici interdum eo p
riculi perveniunt, ut celeriter opem ferri
necesse. Inprimis sunt salutaria medicamen
antispasmodica, quae supra memoravi: asa fo
tida, tinctura Castorei cum Opio vel spir
C. C. succ. clysmata antispasmodica. Adve
sus syncopen hystericam praeter alia rem
dia vulgo usitata quam foetidissimus combu
rendis particulis animalibus — pennis, capill
ossibus — odor est excitandus. Vomitus o
nino in hysteria minus est periculosus, qua
primo adspectu crederes. In casibus perti
cibus periculumque minitantibus adhibentur p
tio Riveri, pulvis Doveri, inunctiones arom
ticae, emplastrum stommacho impositum, de
vantia, pedum atque abdominis frictio pan
calefactis. Cardialgia crebrius accidit f
minis loco ampliore natis et molliter inque o
educatis, maxime si constitutionis tenerio
animique mobilioris et sensibilioris sunt, c
contra spasmi vehementiores et convulsiones

lieribus robustioribas, ancillis observentur. a in conditione tinct. Valerianae. Opium, storeum, asa foetida, gas carbonicum opem unt. Absente statu gastrico et acrimonia cida) flores Zinci et magisterium Bismuthi dantur. Extrinsecus adhibeantur sinapismi cordis scrobiculo, lotiones liquoribus aromais in regione gastrica. Adversus pyrosin, ae tamen apud viros hypoch. affectos crebs et acrius obvenit, cum in viris oxygenium aevaleat, magnesia, oculis cancrorum, kali rbonico est utendum. Adversus cordis paltationem et respirationis vitia radix Scil- (gr. 1/16 — 1/8 p. dos.) praedicatur. In thmate hysterica asa foetida opem fert. vehementibus intestinorum doloribus nctiones linimenti volatilis vel sp. C. C. succ., mentationes aromatico - vinosae usui sunt. ysuria et Stranguria emulsionibus, Opio, tionibus mucosis, balneis, cataplasmatibus, noventur. Praeterea, si ischuria accedit, exriendus catheterismus.

Congestiones ad caput et pulmones. c partim acida vegetabilia et mineralia sunt dicata; ex his acidnm sulphuris dilutum, Elirium acidum Halleri, partim hirudines ad lom affectum. In vitiis mensium et fluxus haeorrhoidum hirudines ad genitalia, perinaeum, um; frigidae fomentationes, balnea pedum rivantia, sinapismi. Intus nitrum, laxantia tiphlog. pulvis temperans. Venaesectio raro stituenda, neque tamen plane evitanda in puel- succi et sanguinis plenis.